

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum LIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

So soll ein jeder Christ mit Glauben  
nehmen an/  
Was sonst die Verwunfft ganz  
nicht begreifen kan.

Ex v. 6.

*Infantes credunt: infantibus aula ministras  
Calica. Quis tales despiceret pueros.*

ORACULUM SACRUM. LIII.

Luc. XVIII, 16.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ Ἰησοῦς προσκαλεσάμενος τὰ βρέφη  
ἰπὲν: Ἄφετε τὰ παιῖα ἔρχεσθαι πρὸς με, καὶ μὴ  
ᾠλύετε αὐτὰ: τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία  
τοῦ θεοῦ.

*Versio Vulgata.*

JESUS autem convocans illos (in-  
fantes) dixit: Sinite pueros venire ad me  
& nolite vetare eos. Talium est enim  
regnum DEI.

*Versio B. LUTHERI.*

Aber JESUS rieß die Kinder zu  
sich/ und sprach: Lasset die Kinderlein  
E e zu

zu mir kommen/ und wehret ihnen nicht/  
denn solcher ist das Reich Gottes.

N O T Æ.

1. Infantes h. l. dicuntur ad Christum venire. Fit autem illud mediante baptismi Sacramentò. Quotquot enim baptizati sunt Christum induerunt Gal. III, 27. Quæ verba non solum ad adultos, qui ex Judaismo & gentilismo conversi & baptizati fuerunt, ut vult Wendelinus, sed non nisi sub conditione fidei; ad infantes autem omnes ac singulos, quippe per Baptismum in filios DEI adoptatos, indifferenter ac sine exceptione pertinere, multis evincit B. Balduinus Disput. 9. super Libell. Vist. Induere enim Christum est Christi justitiâ frui, quæ est vestis justitiæ & indumentum salutis Esa. LXI, 10. Quam expositionem pulcrè confirmant & illustrent B. Luth. T. 1. Witeb. Germ. f. 128. D. Nobilissimus Theologus Dn. D. Matthias Hoe ab Hoenegin comment. sup. Epist. ad Gal. p. 157. & Dn. D. Henricus Hopffnerus Disp. 2. contra Jesuitam Christophorum Mayerum aphorismo 1. in explicatione dicti Matth. XXII. 12. num. 6. & 17. *Quod notandum contra Calvinianos, qui baptismum sunt axat nudum aliquod signum esse contendunt.*

nec infan-  
tium revo-  
Colloq. Me-  
Theol. Chri-

ll. Si an-  
Christum ve-  
niti; bap-  
nec citra

ri. contra  
nas, qui ar-  
dementales

salutem me-  
num Libe-  
ting. Disp.

p. 2. Trell-  
p. 733. &  
sect. 20.  
xerri dog-

de neces-  
III.  
in loco

quoad  
tur tam  
consequ-  
loco pr-  
mo arg-  
1. Q.



nec infantes per baptismum ante cognitum Christum renovari blaterant. Vide Bezam in Actis Colloq. Mompelgart. p. 435. Wendelinum lib. I Theol. Christ cap. 22. th. 14. p. 362.

II. Si autem infantes per baptismum ad Christum veniunt, ipsiusq; justitiã fruuntur, utiq; Baptismus erit articulus fundamentalis, nec citra salutis dispendium poterit impugnari. contra Anabaptistas, Socinianos & Calvinianos, qui articulum de Baptismo extenuant nec fundamentalem esse concedunt, imò baptismum ad salutem necessarium esse insciantur. Vide Socium Libello Svalorio cap. IV. p. 27. Schlichting. Disput. de Trinit. contra D. Meisnerum p. 2. Treleat. in Loc. p. 149. Musculum in LL. p. 733. & cum primis Calvinum lib. 4. Instit. c. 15. sect. 20. ubi ita diserit: *Quantum dampni invexerit dogmã illud malè expositum, baptismum esse de necessitate salutis, pauci animadvertunt.*

III. Quamvis autem Pædobaptismus nec in loco præsentè, nec alibi in sacra scriptura, quoad expressam literam contineatur, habetur tamen in eadem *ἡ ἀποστολική* & per bonam consequentiam ex illis potest erui. Hinc è loco præsentè geminum fluit pro pædobaptismo argumentum; quorum prius itã procedit.

1. Quicumq; vult infantum salutem, ille

Ec 2

quodq;

quoq; vult medium ordinarium, per quod infantes ad salutem perducuntur.

At Christus h. l. vult infantum salutem quando ait: Talium est regnum caelorum.

E. quoq; vult medium ordinarium per quod infantes ad salutem perducuntur. At medium praeter baptismum datur nullum juxta Salvatoris effatum Joh. III, 5.

Posterius argumentum ita fluit:

2. Quorum est regnum caelorum, illi à baptis-  
mi Sacramento non debent arceri.

At infantum est regnum caelorum, teste  
ipso Salvatore h. l.

E. infantes à baptis-  
mi Sacramento non  
debent arceri.

Utrumq; argumentum notandum.

1. *contra SOCINIANOS contendentes ea omnia, quae ad salutem creditu necessaria sunt expressis verbis in sacris literis expressa haberi.* Hinc ita Smalcius contra Schopperum de Trinit. p. 3. *Quicquid ad salutem necessarium est simpliciter, id totum literis sacris ad litteram scriptum esse necesse est.*

2. *Contra ARMINIANOS.* Videatur ipsorum Confessio Sect. 13, 14. Apol. f. 32.

3. *Contra nonnullos PONTIFICIOS, & cum primis Jesuitam Hagerum negantem padobaptis-*



num esse expresum in scriptura aut posse inde  
 probari citra traditionem Ecclesie vel nisi sup-  
 posita explicacione Ecclesie, quam Confessionista  
 non admittunt, uti loquitur modo nominatus  
 S. J. Doctor in Collat. Augustanae Confessio-  
 nis & Concil. Trident. artic. IX. quaest. 3. p. 113.  
 Vid. & Bellarm. lib. 4. de V. D. cap. 4. §. 10.  
 col. 177. Becan. Man. lib. 1. cap. 2. §. 18. & seq.

IV. Deniq; è loco praesenti talis nascitur  
 Syllogismus:

Quibus tribuitur regnum caelorum illi  
 credunt. Sine fide enim nemini tribuitur  
 regnum caelorum. Sine fide fieri non potest  
 ut quis DEO placeat Ebr. XI, 6.

Atqvi infantibus h. l. tribuitur regnum  
 DEi.

E. infantes credunt. contra modo nominatos  
 adversarios & cumprimis Calvinianos negantes  
 infantes per baptismum consequi fidem & salu-  
 tem. Hinc Beza & socii in colloq. Mompel-  
 gart. p. 435. expressè scribunt infantes carere  
 propria fide praesertim actuali. Et Piscator in  
 cap. XIX. Matthæi observ. II. ita disferit. In-  
 fantium potest esse regnum caelorum, etiamsi non  
 credant, dummodo sint electi. Fides enim in  
 scriptura nusquam requiritur nisi ab adultis, ut  
 qui capaces sunt auditus, per quem datur fides.

E e 3

Hæc

Hæc ille Photinianismum statuminans. Si enim infantium, dum modo sint electi potest esse regnum coelorum, etiamsi non credant in Christum suum satisfactorium redemptorem, tum etiam ii possunt justificari & salvari sine fide in Christum satisfactorem, quod est dogma Socinianorum.

Nec est quod obvertant adversarii h. l. sermonem esse de adultis. Nam I. Lucas dicit hos infantes fuisse portatos. 2. Deinde vocat eos *ἑβρέον*, quæ vox perpetuo infantem tenellum & plerumq; lactentem significat. Vide exempla Luc. I, 41. c. II, 16. c. IV, 4. Act. VII, 19. I. Pet. II, 2. Est enim *ἑβρέον* ὡς *ἄρτι* ἢ *ὀψέων* ἢ *ἄρτιον* ἢ *ὀψέων*. 3. Marcus cap. X, 16. dicit Christum eos in ulnas recepisse. Quæ omnia de adultis & grandiusculis dici nequeunt.

## ORACULUM SACRUM LIV.

1. Job. II, 14.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἐβρέον ἰμῶν πατρία, ὅτι ἐγνώσαν τὸν πατέρα.

Versio vulgata Latina.

Scribo vobis infantes, quoniam cognovistis Patrem.

Versio